





1711.

1. Barkensteinius, Iohannes Christopheorus: De haeretipetis.  
Accessit oratio de causis corruptae iurisperadecis  
(Oratio decit).
2. Martinus, Ignatius Josephus: Opusculis ecclesiasticis.
3. Boeclerus, Iohannes Henricus: De emphylleosis
4. Felzias, Iohannes Henricus: De usq; similitudinibus  
Vileijam. Tam in fuso Romano quam in fuso  
Gallico.
5. Felzias, Iohannes Henricus: De clandestina  
desponsatione
6. Herrenberger, Iohannes Adalbertus: De decimis
7. Marbachius, Nersius: Inscitiationum . . . ad L  
decisiones Imp. Justiniani Epistola ad Gall. C.  
De negotiis gestis: De negotiis probstante dominis  
gestis

1711.

8. Scherzius, Johans Georgius: De ostreis suo

9. Scherzius, Johans Georgius: Differentiae aliquot  
juri statutariorum Argentineo et juri civili Ro-  
mano

10. Schenck, Johans Henricus: De recorutione

1712

1. Boeclerus, Joh. Henricus: De summisibus rusticis  
seculo XVI motis

2. Boeclerus, Johans Henricus: De jure primo geniturali  
et apanagi

3. Felz'ius, Joh. Henricus: En historia Henrici Sancti  
Imper. Rom. Germanici selecta quadam.

1713.

1. Felz'ius, Joh. Henr.: De testibus ultimorum volum.  
Latun.

1713

2. Feischmann, Th. Fried : De tabula dativa pupillorum  
Illustratum
3. Egeling, Philippus Reinhardus : De convenientibus deputato-  
rum nubilitatis . . . Rec. 1737.
4. Hammerer, Ioh. Fr. Vericus : De jure caluniae.
5. Monweeg, Andorius Zenobius : De usaris.
6. Milet, Stephanus : De iuri's dictiorae patrimoniali.  
Gallis des droit de justice
7. Scherzias, Ioh. Georgius : De jure onto lithonies
8. Scherzias, Ioh. Georgius : De vindicatione hominum.
9. Weidmann, Frideric. Tricoplus : De praescriptioine acto-  
nis hypothecariae

1714.

1. Boedeker, Jakam Henricus : De agrimensoribus.

1714

2. Felzius, Abt. Huerus: Answeratione quaedam de fidei  
communis familiarie
3. Felzius, Abt. Huerus: En historia Henrici Sancti  
Impr. Rom. Germanici electa quaedam.
4. Felzius, Iohannes Huericus: Excerpta controversiarum  
juridicarum de communitate
5. Felzius, Iohannes Huericus: Controversiae quaedam  
citata successiones ab intestato quoad ascendentes et  
collaterales.
6. Fries, Iohannes Torquatus: De confutacione.
7. Gabriel, Ludovicus Claudius: De implantatore legib[us] in  
et alienum rerum i[n] Trebellianicorum.
8. Helius Litter, Phil. H[er]n: An status ecclesiastici helveticus  
regale tempore Francorum?
9. Homingerus, Abt. Sigismundus: De mensurario.

1714

Sa

52

pm

W

Ja

11

715

11

Ja

11

J

11

Ja

11

714.

Navarre, Franciscus, de : *De officio iudicis*  
Salomon, Nicolaeus : *In fatus fiduciocommisso gravatus,*  
*si rebigant liberos, teneatur ad fiduciocommissi*  
*præstabilitatem?*

Widow, Constant : *Specimen præcœs optimas juris*  
*Romanie leges negligentis.*

715.

Bocclerus, W. Henr. : *De Senatus consulto Mac-*  
*doviano.*

Felzynus, Iohannes Hacrius : *De benedictione sacer-*  
*dotali*

Felzynus, Iohannes Hacrius : *De rei vindicatione*

Felzynus, Iohannes Hacrius : *De donacionibus mortis*  
*causa.*

Felzynus, Iohannes Hacrius : *De differentia usuarium*  
*et annuorum reddituum.*

Felzynus, Iohannes Hacrius : *De tutela materna et avita.*

1715.

7. Felzias, Ioh. Henricus: *De canonicis usurpatioria*  
8. Scherfius, Ioh. Georgius: *De legitimatione per saltem  
quem matrimoniū.*
9. Lubrarius, Elias: *De regim virorum que prout ipsam  
filiē projiciuntur valente.*



1794

o. T. Dr. H. Koenig & Co. combination manufacturer  
o. T. Dr. H. Koenig: Registration for value  
of a new combination.

1. Invention: Dr. H. Koenig's new  
fire extinguishing valute.









9715  
No. 985. 705.  
THESES JURIDICÆ  
DE  
EMPHYTEUSI

Quas  
Adjuvante DIVINO NU-  
MINE

P R A E S I D E  
VIRO Nobilissimo, Consultissimo atque  
Excellentissimo

DN. JOHANNE HENRICO  
BOECLERO,  
U. J. D. & Juris Publici Professore,  
*In Alma Argentoratensi Universitate*  
SOLENNITER Defendet

JOHANNES KIEN, Oberehen-  
heimensis, Auctor & Respondens.

D. II. Novembris M DCC XI.

ARGENTORATI,  
Literis DANIELIS MAAGII.

**D E O ,**  
**P A T R I A E ,**  
**P A T R O N I S ,**  
ATQUE  
**A M I C I S .**



## Controversia I.

*An ad Concessionem Emphy-  
teuseos requiratur hære-  
dum legitimorum Consen-  
sus?*

**I**ure Civili Romano ad Emphy-  
teuseos concessionem hæredum con-  
fessum regulariter non requiri evin-  
cit jus libere disponendi de bonis  
suis cuilibet domino pleno conce-  
sum, nisi specialis lex aut conventio obstat. Sane  
omnium bonorum donatio si permittitur, multo  
magis etiam Emphyteusis omnium bonorum seu plu-  
rimorum, seu aliquorum approbari meretur, nec ob-  
stat Jus eorum hæredum, quibus legitima pars por-  
tionis ab intestato necessario relinquendi debet, quia in  
his casibus ponitur a legislatore exceptio, quæ re-  
gulam firmat in casibus non exceptis, uti itaque do-  
natio ob læsionem legitimæ rescindi potest, ita &

immodica Emphyteuseos concessio , si jus hæredum  
laesum sit, reprobatur.

Regula ergo Juris Civilis est, ad emphyteuseos concessionem hæredum legitimorum consensum non requiri: exceptio est 1. nisi ejus conditionis sit ut legitima laedatur 2. nisi Constituens Emphyteus in sit vasallus , 3. nisi hæredibus allodialibus jam jus quæsitum sit , uti id contingit in bonis majoratus & fideicommissis familiae.

Nec obstat Jus Teutonicum vetus quo bona distinguuntur in avita & in acquisita , Item in propria , sive allodialia , & feudalia , in horum utroque genere liberorum consensus ad alienationem requiritur Jure teutonico veteri, annotante Illustri Schiltero in *Comm. ad Jus Allem. feud.* p. 328. De allodii testatur Jus Saxonum Prov. L. I. & L. II. *On der Erben gelop und one echte ding mag kein mann sin eigen Guth noch sine Lute vergeben.* Conf. *Jus Allem. provin. ex edit. Meichsn. fol 66. Cap. XXI. XXV. art. 75. Lib. 3. Jur. Prov. Sax.* Etiam jure Gallico distinctio bonorum adhuc supereft qua bona dividuntur in propria & acquisita, propres & Conquests ou acqets, & illa iterum subdividuntur in antiqua & nova, propres ancens & naissans : de quorum Juribus singularibus videantur Jurisconsulti Gallici.

Con-

## Controversia II.

### *An ad Emphyteuseos Constitutionem necessario requiratur Scriptura.*

**S**cripturam ex se & sua natura nunquam ad essentiam contractus necessariam esse sana dictat ratio, quamvis eadem utilitatem illius in probatione non possit non nobis commendare atque persuadere, quoniam tamen in societate civili duplici potissimum vinculo tenemur *aut legis aut paceti*, hinc in quolibet contractu perspectu necessarium est an voluntas legislatoris, an vero speciale pacientium arbitrium necessitatem Scriptura injunxerit; In praesenti quæstione, cum agatur de necessitate Scripturaræ à legislatore in contractu Emphyteuticario injuncta, eademque à plurimis doctoribus in dubium vocetur, ante omnia ipsa legis verba inspicienda sunt, ut eo clariora de natura Contractus & legislatoris intentione ratiocinia suscipi queant.

Verba legis 1. Cod. de Jure Emph. hæc sunt, *Jus emphyteuticarum neque conductionis neque alienationis esse titulis adjiciendum, sed hoc Jus tertium esse constitutimus ab utriusque memoratorum contractuum societate seu similitudine separatum. Conceptionem item Definitionemque habere propriam & justum esse validum-*

dumque Contractum in quo cuncta, quae inter utrasque  
contrahentium partes, super omnibus vel etiam fortui-  
nis casibus pactionibus NB. Scriptura interveniente ha-  
bitis placuerint firma illibataque perpetua stabilitate  
modis omnibus debeant custodiri.

Ex hoc Textu Dionysius Gothofredus in notis  
ad dictam legem putat in Contractu Emphyteuti-  
cario necessario ab initio requiri Scripturam eaque  
absente contractum non valere, allegatque eam in  
rem Clarum. l. 4. de Emphyt. quæst. 4. ex communi  
DD. opinione hoc afferentem Conf. Carpov. P. 2.  
C. 39. Def. 7. n. 6.

Scripturam enim ad hunc contractum necessa-  
riam esse probant 1. ex eo quia verba legis alias fru-  
stranea essent quæ tamen verbis dispositivis & qui-  
dem ablatis absolute positis scripturam intercede-  
re debere jubent 2. quia dicitur, hunc Contractum  
Conceptionem Definitionemque habere propriam,  
& justum esse validumque Contractum in quo cun-  
cta &c. Scriptura interveniente &c. debeant custodi-  
ri, nam hoc modo propria *Conceptio Contractus* non  
tantum definitur, scilicet ut mediante *Scriptura* con-  
cipiatur, sed & ipse Contractus justus esse dicitur in  
quo cuncta, *Scriptura interveniente* custodiuntur,  
3. quia verba illa relative non possunt intelligi, quo-  
niam species facti nulla recensetur, & alias cuiilibet  
rustico innescit, pactiones intercedente scriptura  
observandas esse. Contrariam sententiam fovent Mo-  
linæus ad consuetudines Parisienses §. 33. Harprecht.  
ad §. 3. Inst. de loc. Cond. n. 58. & in not. Jul. Clarus.  
§. Em-

§. Emphyteusis q. 4. Bachovius V. I. D. 29. tb. 9. lit. D.  
Valascus de Iure Emph. q. 7. n. 2. Vinnius ad §. 3. n. 8.  
Schütz. in Comp. Iur. Laut. permoti auctoritate dicti  
§. 3. f. de Locat. & argumento l. 4 ff. de fide instrum.

Hicce posterioribus nos quoque adstipulamur  
quia Contractus Emphyteuticarius adscribendus est  
contractibus consensualibus, Scriptura autem in con-  
tractibus Consensualibus necessaria non est, sed pro-  
bationis gratia tantum accedit.

### Controversia III.

#### *An in Contractu Emphyteu- ticario transferatur Jus in re ?*

Jus in re facultatem moralem esse qua quis sem-  
per & quovis momento asserere sibi potest rem  
sibi obligatam & a quovis possessore detentam in  
primis juris principiis addiscimus, queritur itaque  
an contractus Emphyteuticarius ita devinciat rem  
Emphyteutæ mediante traditione, ut idem rem em-  
phyteuticariam traditam a quovis possessore seu de-  
temptore vigore Juris rei inhærentis recuperare pos-  
sit.

Qui negant jus in re transferri se fundant in si-  
militudine quam habet hic contractus cum locatio-  
ne conductione, nam revera emphyteusis nihil aliud  
est,

est ; quam concessio omnis utilitatis in fundo pro certa pecunia & operis ; pecunia consistit in Canone, & operæ absolvuntur ipsius fundi sterilis melioratione, neque officiis quod Canon multo inferior sit utilitatis perceptione, cum labor meliorationis id quod deest Canoni suppletat, & perceptio utilitatis in fundo sterili tam magna non sit, cui accedit expressus Textus leg. I. C. de Jure Emphyteutico, qui hæc verba quæ jam & supra allegata fuere continent, *Jus Emphyteuticarum neque conductionis neque NB. alienationis esse titulis adjiciendum &c.*

Si autem Emphyteusis non est titulus alienationis, quomodo poterit supervenientis traditio in acquirentem jus in re transferre, & ob hanc rationem forsan dici posset in Gallia Emphyteuses non esse perpetuas sed dari ad maximum ad 99. seu centum annos vid. Ferriere dans sa science parfaite des notaires art. 25. du bail Emphyteutique & dans la Jurisprudence du Digeste, titre de l'action descendante de l'Emphytose §. 8. p. 260.

Hæc tamen omnia non impediunt quo minus dicam per Emphyteusin jus reale in alterum transferri posse, dummodo, traditio contractum sublequatur, numirum Emphyteusis est contractus ex quo rei Emphyteuticaræ promissor ad eam tradendam atque ad utile ejus dominium transferendum obligatur.

Jus reale autem per traditionem rei in Emphyteusin datæ constitui probatur, quia Emphyteu-

ta jus quod habet, imo rem quam possidet alteri vendere, hypothecare, donare, aut in dotem dare (denunciatione tamen domino in casu venditionis facta) & contra quemvis possessorem utili rei vindicatione insurgere potest. §.3. l. de loc. l.71. §.pen. & f. de leg. j. l.3. C. h. t. L. f. vers. minime licere & in f. C. de Iur. Emphyt. l.31. de pign. præcipue autem pro utili rei vindicatione militat l.74. & seq. de R.V. ex qua Emphyteuta actionem instituere poterit eo magis quo certius, illi, qui superficiem tantum in alieno solo ita habet, ut certam pensionem præset, Praetor actionem in rem pollicetur.

Quod objectiones supra propositas attinet facile diluuntur distinctione inter dominium directum & utile, & Imperatoris Justiniani declaratione, qua Emphyteutis locationem conductionem esse negatur. Difficilior videtur esse objectio, quæ ex Leg. i. C. de Iur. Emph. petita est, sed ab Homonymia verbi alienationis nobis imponi non patiemur, vox enim alienationis in dicto textu significat venditionem, quod non tantum rixæ veterum (quibus disquirebatur an emphyteus sit locatio conductio, an vero Emptio venditio) clare demonstrant, sed & ex verbo textus manifesto appetit, dum alienatio Contractus dicitur, ergo vides alienationem in sensu proprio sumi, atque eos pueriliter falli, qui id, quod alienatio in sensu proprio significat, applicare volunt alienationi in sensu proprio acceptæ.

B

Con-

## Controversia IV.

*An Novus Emphyteuta Lau-  
demium debeat Domino  
non consentienti.*

**A**D Controversiam hanc recte intelligendam obseruat necessarium est, Emphyteutam quemvis posse jus suum in alium transferre qui canonem solvere potest. §. 3. *I. de locat. Cond. l. 71. §. pen. & f. de leg. I. L. 3. Cod. de Iure Emph.* Qui tamen novus emphyteuta pro receptione sua quinquagesimam partem pretii in recognitionem novi domini solvere tenetur. *l. fin. vers. necessitatem & seq. Cod. d. T. Franzk. de Laud. C. 8. n. 14. & C. 23.* quæ præstatio dicitur laudemium & Gallis *Lots & ventes* exprimitur & duodecima vel etiam minor pretii pars est, secundum *Ferriere dans son Introd. de pratique verbis Lots & ventes p. 313.* Quæritur igitur si dominus nolit consentire in novum Emphyteutam, an nihilominus eidem laudemium debeat.

Negativam suscipiunt defendendam Jason & Amadeus à Ponte & qui se in generali philosophiae fundant axiome; cessante causa, *ajunt*, cessat effectus atque causa Laudemii est receptio novi Emphyteutæ, quæ in invito sive non consentiente cessat, ergo cessante receptione cessat laudemium. Causam autem laudemii esse receptionem probat definitio ipsius laudemii. *Laudemium enim est quota pars* (sive sit quin-

quinquagesima, vicesima aut duodecima nil refert,  
quia Statuta locorum variare possunt) pretii pro  
re Emphyteucaria soluti pro receptione novi Emphy-  
teutae Domino directo solvenda, consentit hanc in rem  
Schilt. qui in dissertat. de bonis Laudemialibus von  
Ehrschäggen Gutheren. §. XLI. hæc verba habet:  
*Denique causa proxima est ex parte possessoris alienatio  
de qua diffuse Franzk. Cap. 14. seqq. & resignatio: ex  
parte Domini vel petitoris NB. consensus, Concessio, im-  
missio (unde alicubi appellatur Anleit.) vel investitura  
regulariter.*

Qui igitur in alienationem non consentit, non  
consentit in receptionem, qui autem non consentit  
in receptionem, neque in id consentit quod rece-  
ptionis causa datur, cuius generis est laudemium.  
Et si vel maxime Dominus recipere teneretur no-  
vum Emphyteutam, attamen ob pervicacem vel  
agnitionis vel investituræ denegationem emolumen-  
to laudemitt dignus non videtur, quod ad incitamen-  
tum receptionis unice videtur esse introductum.

Sed his non obstantibus verba laudati Schilteri  
subsequēntia rationes dubitandi modo allatas optime  
diluere possunt, pergit enim *l. c. potest tamen a lege*  
*vel superiore consensus suppleri.* conf. Franzk. contra  
*Bachovium Disputantem Cap. V. n. 17. & de suppleto a*  
*lege consensus contra Amadeum a Poite Cap VII. 43. seqq.*  
nimirum negatur id quod adversarii supponunt ces-  
fare causam laudemii seu receptionem, legislator  
enim, dum permittit Emphyteutæ venditori (non  
obstante denegato consensus) contra domini consen-  
sum in alium transferre, hoc ipso supplet Domini  
consensum, salvo ejus Jure, cui per denegationem  
con-

consensu eum renunciavisse solido arguento nemo probare poterit, eo magis quo certior juris regula est, renunciationes strictissimi Juris esse adeoque facile praesumti non posse.

Neque porro ita crude dici potest cessare receptionem, quamvis ultroneus consensus ab initio defecerit, quoniam talis dominus post duos menses configur a lege novum Emphyteutam agnoscere quod nil aliud est quam recipere, cum autem coacta voluntas etiam sit voluntas, receptio coacta etiam erit receptione, ut adeoque emolumenta ex eadem receptione fluentia nemo eidem domino jure abjudicare possit.

Ad Dn. KIEN Juris Can-ditatum.

A udaces fortuna juvat: non ergo negandum  
Quin tibi erit presto, & nomen & omen habes,  
Tutam nonne viam stravit tibi ad utraque Jura?  
Optatum attinges, dummodo perge, scopum.

Ea appLaVDens CanIt

N. R V M P L E R Oberchenh.

F I N I S.


Strassburg Diss. 1711-15

X 2310583



B.I.G.

Black



Farbkarte #13

White

3/Color

Yellow

Magenta

Red

Green

Cyan

Blue

9715  
W. 272, 700  
272, 3

I. N. D. N. J. C.  
THESES JURIDICÆ  
DE  
EMPHYTEUSI

Quas  
*Adjuvante DIVINO NU-  
MINE*

P R A E S I D E

VIRO Nobilissimo, Consultissimo atque  
Excellentissimo

DN. JOHANNE HENRICO  
BOECLERO,  
U. J. D. & Juris Publici Professore,

*In Alma Argentoratensi Universitate*

SOLENNITER Defendet

JOHANNES KIEN, Oberehen-  
heimensis, Auctor & Respondens.

D. II. Novembris M DCC XI.

ARGENTORATI,  
Literis DANIELIS MAAGII,